

August Varenius

**Augustus Varenius SS. Theol. D. Professor ... ad solemnes Exequias quas ... Dn. Bernhardo Lindemanno, ICto, & Reip. Rostoch. Protonotario ... Marito suo desideratissimo ... d. 29. April. parat ... Omnium Ordinum Cives Academicos ... invitat : [P.P. Rostochii, sub Sigillo Rectoratus nostri d. XXIX. April. A.O.R. MDCLXIX.]**

Rostochi[i]: Kilius, [1669]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770671985>

Druck    Freier  Zugang



Varenius, A.

in

B. Lindemann.

Rostock, (1669.)

17



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn770671985/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770671985/phys_0002)





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn770671985/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770671985/phys_0003)

DFG



# AUGUSTUS VARENIUS

SS. Theol. D. Professor, Sereniss. Duc. Me-

Consistorii Assessor, h. t. Universitatis

Rostochianæ **RECTOR**

ad solemnies Exequias

quas

anno, & Prudentissimo quondam Viro  
ac DOMINO

# DN. BERNHARDO LINDEMANNO,

JCto, & Reip. Rostoch. Protonotario, ac  
Senatori, & Camerario Spectatissimo, Marito suo  
desideratissimo

In templo Mariano, Vidua mœstissima, post ho-  
ram I. d. 29. April. parat, Bonorumque ac Doctorum  
Virorum celebritate ac frequentiâ cohonestari  
desiderat

Omnium Ordinum Cives Academicos, eâ, quâ par-  
est, autoritate & humanitate invitati.

---

Cyprian. ad Demetrian.

*In isto adhuc mundo manenti pœnitentia nulla sera est. Sub ipso  
licet exitu & temporalis vita occasu confienti, venia datur, credenti  
indulgentia salutaris de divinâ pietate conceditur, & ad immortali-  
tatem sub ipsâ morte transiit.*



ROSTOCHI, Typis JOHANNIS KILI, Acad. Typogr.



**H** Inis universæ Theologiae, totiusq; vitæ ac fidei Christianæ scopus ille est, quem seminarum pulcherrima, non nisi de patrimonio Crucifixi deq; dilecti pascenit gregem in liliis loco pastorali, Ubi sc. paceret, ubi gregem sub sole meridiano recubantem haberet? solicita, paucis vocabulis, at ingeniti rerum pondere ac maiestate, in ipso Cantico Canticorum prologo c. I. 4. sic peroravit: הַבְּאֵנִי הַפָּלֶךְ תְּרִירֵו נְגִילָה וּנְשִׁמְחָה :

בְּךָ נָכְרִיה וּדְךָ פִּין מִשְׁרִים אֲהֻבָּה :  
i.e. postquam introduxerit me Rex ipse in conclavia sua, plenè exultabimus & latabimus in te, cumque bonis recordationibus celebrabimus amores tuos, pre vino: singulire rectissime diligente. Non aliud illi sive princeps votum, sive potentius sub illo solis æstu firmamentū, quam futura vitæ æternæ gloria, ut scilicet, ipsa tot ac tantis hujus vitæ ærumnis, ipsaque morte defuncta, in die novissimo resuscitata, introducatur ad dilecto suo, primogenito ex mortuis, ac Principe Regum terre in gloriosa vitæ immortalis perennaturæ palatia, conspectu ac consuetudine Dei incarnati beatæ æternaque, omnino, perfectissimeque fruitura, & (quod ante aditum regnum cœlestis, vel ingressum illum in conclavia non nisi ex parte conceditur) ibi inter amplexus & oscula Christi, plenè exultatura, ibi cum laude & pulcherrimis recordationibus amores DOMINI IESU, qui dilexit nos & lavit nos suis sanguine à peccatis; & fecit nos Reges & Sacerdotes Deo & Patri suo Apoc. I, s. 6. prosecutura, ibi plenissimè perfectissimeque amarissimum sue dilectionis, ut adeò illum omnium in Symbolo fidei Christianæ articulorum ultimum, ad quem velut ad scopum metamye

metamye singuli ceteri feruntur: Credo resurrectionem carnis & vitam aeternam, illum fidei & vita Christianæ portum (ubi ex procello solo fallacissimoque, etiam ubi placidum appareat, mari, post superata tot monstra natantia & infames scopulos, Acroceraunia, Christianis navem subducere datur) universum que triumphantis Ecclesiæ studium, sanctissimâ sermocinacione compendis fecerit, ac ore rotundo expresserit: Introducet me Rex Christus, Antecessor, qui que clamat in Evangelio: Ego eparaturus vobis locum, & rurus veniam, ac vos ad me ipsum affueram, ut ubi ero ego, ibi & vos sitis, Introducet, inquam, me in regnum cœleste, in domum Patris sui, in quâ sunt multæ habitationes & adeo in conclavia aeternæ beatitudinis. Quodnam autem inibi studium omnium ex omnibus tribubus, populis, gentibus linguis beatorum? EXULTABIMUS IN TE, CELEBRABIMUS AMORES TUOS, PLENA CHARITATE DILIGEMUS TE! Duilius olim Imperator, primam illam maritimam Romanorum de Pœnis victoriam, tanti æstimavit, ut gaudium testaturus, non contentus unius diei triumpho per viam omnem, ubi à cœnâ rediret, prælucere funalia, præcinere sibi tibias jusserrit, quasi quotidie triumpharet. At quantula illa si comparetur, victoria fuit, quamq; infra tanti triumphi meritum, postquam, qui in illo prælio ceciderant, Pœnis, ingentibus Romanorum inferis, ad Ticinum, Trebiam, Trasimenum lacum, Cannas Aufidumque Hannibal parentavit? Quam nulla autem, si cum illâ, quæ in Evangelio celebratur, victoriâ comparetur, & contra, quam sublimior iploq; quem nescit, sine gloriosior ille triumphus decantatus: Exultabimus in Te Rege, ô JESU, celebrabimus amores tuos! & par in Apocalypsi representatus: Stabant ante thronum, & in conspectu Agni amicti stolis albis, qui venerunt ex afflictione magna, & laverant stolas suas in sanguine Agni ET ERANT PALMÆ IN MANIBUS EORUM. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt inquinati: Virgines

gines enim sunt, & sequuntur agnum quocunque ferit. Non esurient  
amplius, neque sitiens, nec cadet in eos deinceps ( prout in Amicam  
in Cantico quiritantem c. I, 6.) Sol, vel astus; quoniam Agnus eos  
pacet & ad vivos aquarum fontes ducet, quin & omnem lacrymam  
ab oculis eorum absterget. Apoc. VII, 14 16. c. XIV, 4. Paccuvius  
olim, Prætor Syriae (sic Seneca resert epist. 12.) nullo non die  
vino & funereis epulis sibi parentavit, & elatus ē cœnā in cubi-  
culum inter exoletorum plausus ad symphoniam cani acclama-  
rīe sibi jussit illud: *Bēlīwē, Bēlīwē, VIXIT! VIXIT!* Licet  
autem, meliore conscientia, qui quotidie ad lucrum cœlestē  
surgit, regenitus, suo jam funeri proximus dicere possit:

*Vixi & quem dederas cursum, pie Christe, peregi*  
tamen, quia Christiano, mors beata demum est *Vita*, vel ad  
hanc beatam æternamque transitus, ad Christiani hominis exe-  
quias, dum effertur in cubiculum s. dormitorium, non funesta  
sed festa melodiâ personat sanctiū illud: *VIVIT! VIVIT*, vel  
*VIVET VIVET!* quām illud impurum Paccuvianum: *Vixit,*  
*vixit!* Introducitur quippe talis Victor mundi per sanguinē Agni  
in conclavia Regis: ubi exultat, ubi triumphat, ubi amores Domini  
Iesu inter reciprocos, purissimosq; amores celebrat. Neque  
verò dubium nobis, quin ad hæc conclavia Regis illumque  
beatitudinis portum in tempestuoso hoc & hyberno mari re-  
spectus ac *Dynaeædonia* olim fuerit Viri Amplissimi Domini  
BERNHARDI LINDEMANNI Jcti, Reip. Rostochiensis Ca-  
merarii & Protonotarii fulgidissimi, nunc tandem classem sub-  
ducentis, securumque litus adorantis, cui quidem in sexagen-  
arium mox ituro, quām inde à natali die viræ ceteroquin haut  
in amœnæ munus omne profluxerit, si quis me percontaretur,  
absolverem consultorem tribus voculis: *svaviter & amare.* Sva-  
vitatis exempla vel ipsa suppeditavit recordatio diei *natalis.*  
Quod enim Rostochii, non per commercia solum, sed vel in-  
primis, per studii Academicici Universitatem, quæque ex illo se-  
minario

minario processerunt, decora ingenia, seculi ornamenta vel ultra Tropicos solis olim celeberrimā urbe, quod Parente, JCTO & Antecessore maximo, Domino THOMA LINDEMANNO, Professore, multorumq; Ducum S. Rom. Imperii Consiliario Excellentissimo, Matre, URSULA Scharffenbergs / Matronā primariā anno c̄l̄ l̄c X. d. XX. Octobris editus (per quos in illum tum *Avi Materni*, HENRICI LINDEMAN, Civis Herordiensis primarii, *Aviae Materna* ANNAE Kirchhoff / Fennae sui quondam sexus virtutibus decoratissimæ, tum *Avi Materni*, Viri Nobilissimi, & Amplissimi Domini BERNHARDI Scharffenbergs / Consulis hujus Reipublicæ oppidanæ splendidissimi, *Aviae Materne* MARGARITÆ Beselins / ex vetustâ Rostochii BESELINIORUM gente natæ, Matronæ longè clarissimæ, ceterorumque, quos nunc, ne quid in transcursu, & inopia orationis deteramus, præterim, Majorum sanguis profluxit) quod curâ parentum Infans olim de generationis Lavacro processerit *Quasmodogenitus*, non potuit non per omnem dein vitam adultiorem, nostro nunc BEATO esse perquam savissimum, etsi nec fieri potuit quin illud erepta sibi vix trimulo Matre desideratissimâ, amaritudine primâ redderetur amarissime temperatum. Verum majora, vel saltim plura, dies vitalis suppeditavit, utriusq; tum svavitatis, tum amaritudinis exempla, sive Juvenem considerare placuerit LINDEMANNUM sive jam Matrimonij curiæque dignatione fulgidum. Savitas & felicitas ingens Nostro fuit, quod sub Eminentissimi Parentis oculo, & Pædonomorum censurâ, industriaque accuratissimâ, nec minore domi virtutis exemplo, eosque eniti licuerit, ut anno ætatis decimo nono publico specimine dignissimum le Academici nominis mensurâ probaret, inde Wittebergensem adiret, cumque sitibundum pectus generosiori sapientiæ necessare opplevisset, ac per triennium integrum inibi exactum quinques, semel quidem de Translatione Imperii Romani ad Ger-

manos, & Institutione Collegii Electorum septemviralis Præside M.  
WILHELMO NIGRINO, Moralium Professore publico, quater  
autem in Collegio publico Pandectarum, Præside D. HENNINGIO  
Grossen / JCto & Prof. Publ. Respondentem publicè, non sine  
Auditòrum applausu dedisset, *Lipsiensem* & *Zenensem* Acade-  
miam non lustrare solùm: sed & in his docentes desuperiore  
loco audiendo, majorem doctrinæ ubertatem ac opulentiam  
colligere, ingeniumque sic diligentia ac exercitii publici lima-  
excolere potuerit. At quanta suavitatem illam tempestas ama-  
ritudinis vel ingratæ necessitatis exceperit! Ille unicè Nostro  
dilectus Parens THOMAS LINDEMANNUS, summi nomi-  
nis & virtutis JCtus, magnâ bonorum clade, per infestum ter-  
rà mariq; militem, notatus, in illis ipsis, qui tunc hanc provin-  
ciam, Balthicumq; mare attonabant turbinibus, anno 1530  
XXX. mense Martio occidit, occidit, quæ tamen haut simplex  
amaritudo, ne Nostro videretur robur omne vigoremq; men-  
tis expugnasse, *Zenensi* quidem Academiâ LINDEMANNUM  
nostrum, sic jubente venerandi Patris jam suo funeri proximi,  
autoritate, revocatum, in patriam excivit, at non, ut, igna-  
vum fucos pecus imitatus, domi desideret, impetrare potuit.  
Processit in pulverem & solem, quantumq; in tribus illis Saxo-  
niæ Academiis in Juris studio profecisset, publicâ de *Appel-  
lationibus Disputatione*, Præside D. NICOLAO Schiñz / JCto  
celeberrimo & Facultatis Jurid. in hac Univers. Seniore, ipse Au-  
tor & Respondens, Patriæ, Patriæque Patrum honorificentis.  
simo judicio reverenter submisit. Ceterum, quia ardor ille, &  
cupiditas loca discreta oculis usurpandi Saxoniam Germaniamve  
finibus circumscribi noluit, quin incendio acriori exstvuare cœ-  
pit, æmulatus LINDEMANNUS astrorum ignes, qui motu  
gaudent, anno 1533. Batavos petiit, inibique floren-  
tissimas celebritate doctorum Virorum Academias Groningam  
& Leidam, quibus ultra annum noster immoratus id sibi præci-  
pue

puè negotii dari credidit, ut situm terrarum, populorum inge-  
nia, mores, fœdera seposita ac velut in numerato haberet, nec  
alio fine *Leida Hagam Comitis* nobilissimum totius Europæ pa-  
gum pariter ac Areopagum, adiit, inde lustratis *Amstelodamo*,  
*Utrecht*, *Dordraco*, *Roterodamo*, ex portu *Bruel* in *Angliam* ven-  
tis à puppe ferentibus Noster LINDEMANNUS Deo Duce,  
THOMA Fratre, Comite, solvit trajecitq;. Quàm invidi-  
osâ simulatione laudandaque curiositate in regionum Insula-  
narum amplissimâ ac felicissima, discretoq; terris nostris Orbe  
Britannico, tempus haut exiguum exegerit, quàm caput &  
compendium totius regni *Londinum* & quicquid in illâ metro-  
poli sive numerosorum & vel 500. templorum, sive magnificen-  
tissimorum palatiorum, Regii in primis, aliorumq; monumen-  
torum, inconnivis oculis Noster lustraverit quàm *Oxonii* &  
*Cantabrigie* celeberrimis Anglia Urbibus & Academiis, per an-  
num solidum, Juri Civili omnimodæq; antiquitatis cognitioni,  
militarit, luculentosq; beneficio patentis sibi *Oxonensis Biblio-*  
*rbea* progressus fecerit, id verò cogitandum ego Lectori relin-  
quere malo quàm deminutâ oratione quicquam de summâ rei  
detrahere. Ceterùm, ne sic quidem ardor ille, peregrino se  
Cœlo credendi deforbuit, refrixitq; LINDEMANNO nostro  
quin increbescere magis magisq; cœpit, & ex *Britanniâ* in *Gallia*  
am regionum Europæarum ad occidentem delicatissimam.  
Nostrum extrusit. Solvit sub tutelâ non Διονούσων: sed Omnipotens  
Dei exportu *Anglia Rye*, in alterum Diepæ, lustrataq;  
oculis ad illam *Normandia* Civitatem classe Regiâ, in sessâ *Ro-*  
*somago*, inde aditâ *Parisiorum Lutetia*, *Aureliano*, item ac *Bituri-*  
*gibus*, in tribus his celeberrimis Galliarum Universitatibus:  
diutiùs quàm in ceteris illius regni urbibus substirrit. Admiratus  
est *Parisii* incolarum incredibilem frequentiam, arcis  
Regiæ ad Sequanam templorum numero 500. circiter alio-  
rumque palatiorum proceribus in sessorum, magnificen-  
tiā.

tiam, ipsius linguae Galicæ elegantiam, cuius addiscendæ alienumq; nobilium exercitiorum causa integrum Parisiis annum exegit. Veneratus est vel post cineres Biturigibus, illa Juris Luminaria, JACOBUM CUJACIUM, DONELLUM, DUARENUM, HOTOMANNUM, quorum aliorumq; Celebriū Virorū nomina J Ctorū Cathedræ in Collegio magno superne inscripta observavit, & acrius ab ipsâ tantorum in studio juris Heroū famâ impulsus juri in illâ Universitate Biturigum, majore conatu incubuit, ut tandem se Patriæ votis, Juris Consultum daret. Nec tenuiter Noster o<sup>per</sup> p<sup>ro</sup>p<sup>ri</sup>e agimus, & stimavimus Nationis Germanicæ in Bituricensi Academia, Consiliarii honorem sibi citra ambitum deferentis judicium, admissumque munus illud honorificum, solerter ac fructuosè non sine laude obiit, ac per semestre administravit, non egressurus facile Bituricensibus Athenis, nisi superiorum voluntate ac autoritate ad Protonotarii spartam anno cl<sup>o</sup> I<sup>c</sup> XXXVII. die 2. Januarii, adspirante Curiæ Patrum honestissimâ suffragatione, collatam, post quadriennium revocatus Patriæq; supremi Numinis benignitate, nec sine insigni Amicorum plausu ac l<sup>a</sup>etitiâ redonatus fuisset. At ex quo publico admotus, dubium, plusne / svavitas, an amaritudinis Beato nunc LINDEMANNO derivatum illo fonte fuerit? Non potuit non amœnissimæ / svavitas spectaculum esse, quod sic Virtus per gradus honoris Beatum nostrum attolleret, atque anno hujus seculi XXXVII. Protonotarium, anno LI. post solenne Examen & Disputationem de Obligationibus sub Magnifice J Cto Præside D. NICOLAO Schüz / illâ tempestate Academiæ Rectore pro obtainendis summis in jure honoribus, Candidatum, benvolio inde anno cl<sup>o</sup> I<sup>c</sup> LIII. die Matthiæ Senatorem, tandem Reip. hujus Camerarium videret. Nec minus venustum Svavitas argumentum æstimatumque tale Beato nostro fuit, quod adamatam jam ante peregrinationem Virginem floridissimam pudicissimamque AGNETAM SASSIAM, celeberrimi olim Philosophi

sophi & Professoris Organici Dn. PETRI SASSII Filiā, nascendi  
ordine novissimam, corporis animive dotibus nulli sororum &  
vel pulcherrimarum aliarum tunc posthabendam, absolutā fe-  
liciter peregrinatione exambire, eandemq; a. cīc Iōc XXXII X.d.  
20. Novembris post nuptiarū sacra solemnia domum ducere,  
quin ex pretiosissimā hāc individuaq; tori sociā a. cīc Iōc XLIII. 3.  
Nov. primogenitum BERNHARDUM, altero mox anno d. 18.  
Novembr. THOMAM, rūrsus a. cīc Iōc XLVH. PETRUM, LIN-  
DEMANNOS, tresq; adeo mares liberos ā se genitos lāetus ad-  
spicere potuerit: sed nec sine s̄habitatem fuit, spectata satis olim-  
curiæ in Consiliis, commissisq; expediundis LINDEMANNI,  
Senatoris & Protonotarii pietas, fides, ac dexteritas, conspectior  
etiam futura, nisi sorte sic satis acerbā, involvere illam, longēq;  
maximis amaritudinibus miscere, Deo, cujus imperscrutabi-  
lia sunt iudicia, & viæ, mortalibus nobis inpervestigabiles, placuisse-  
set. Amaritudinis exemplū insigne, & ad quod vocem dolori lingua  
luctifico negat, casus omnium liberorum, quos in ipso partim  
infantiae limine, partim in adolescentiæ, virtutumq; flore, flo-  
sculos venustissimos peracerbā parentibus falce, præ postero vel  
inverso natali ordine, mors demessuit. Antecepit nascendi  
ordine ultimus, moriendi necessitate primus, PETRUS, infans,  
suggrundarii suis illatus. Secutus hunc THOMAS nativitatis  
pariter ac mortis ordine retrogrado secundus a. cīc LIX. d.  
21. Februarii. Quot autem in hoc uno casu, casus! Ecce enim  
Adolescens in ipsā ætatis virtutumq; purpurā ( decimum quin-  
tum tunc agebat annum ) lāetus incolumisq; nescius imminen-  
tioris adeo sibi fati, domo paternā egreditur, & vix unius al-  
teriusve horæ intervallo, ex fallaci glacie lapsus ac in-  
quis extinctus, mortuus resertur, miserabile, cui non robur  
& æs triplex circa pectus erat, spectaculum, & humanæ fragilita-  
tis ingens prodigiū, quò plus ex Avi nomine sustinebat expecta-  
tionis, tantò lamentabilior, & ipso mortis genere, quod quia  
inglorium, detestati semper sunt Heroes, miserabilior.

Non-  
dum

dum satis dura & fortis. Excepit calamitas calamitatem, tempestas  
tempestatem. Supererat Filius unicus, natali ordine primus,  
fatali serie mortis, ultimus, BERNHARDUS, in quo tandem.  
Amplissimi Patris amor & cura omnis conqueverat: sed & hunc  
adultiorem, decimo octavo venustissimæ ætatis ac virtutis an-  
no, sc. cl. lxi. d. 3. Julii acuta febris corripuit, ac mox interfe-  
cit. Quis dubiter ad tantam omnium Filiorum cladem, ca-  
sumq; Jobi calamitati priori haut absimilem, mœstissimos tunc  
Parentes eandem cantilenam cecinisse, quam Olim Naomis sub-  
ole omni sublata intonuisse memoratur: *Vocate me Maran-*  
*tho* quod amaritudine affecit me omnipotens valde. Ego plena abie-  
ram? sed Dominus reddidit me vacuam? Ruth. I. 20. Et tamen non-  
dum substituit piè defuncto amaritudinis experimentum. Ac-  
cessit, quod ipse LINDEMANNUS p. m. agnovit, in-  
usitatum retro, mentis quoddam turbamentum, nullâ Hippocratis  
Democrito olim acclamantis illud: Μελαγχολας Δημόκρειτον! arte:  
solâ Omnipotentis Dei virtute anno cl. lxi. curatum. Cete-  
rū, tot Filiorum, & novissimo maximè Primogeniti casu  
renovatus Nostro, ac incredibile dictu, quantum auctus dolor  
est, redditumq; sic in illos mentis scopulos, quibus illidi frangiq;  
LINDEMANNONavis potuisset, nisi vivæ in Iesum Christum fi-  
duciæ anchora ex sacratio Dominicæ sustentata fuisset. Notum  
illud Senecæ Tragici: *Curæ leves loquuntur, ingentes stupent.* Et ita  
Beato LINDEMANNO dies alter quem vitalem appellare pla-  
cuit, inde à natali ad fatalem, *inter vivitatis*, & inde ab adultâ  
ætate, publicaq: dignatione, dum præ magnitudine latitare  
non potuit, luculentioris amaritudinis exempla decurrit, ac  
illam Hiskiæ flebilem elegiam nostro frequentem cum lacrymis  
expressit: *In pace mihi est amaritudo amarissima. Domine fac ut*  
*revalefacam!* Isaiae XXXIX, 14. 17. Superest tertius, idemq; fatalis ac  
decretorius dies, *mortis*, qui, si mortalium alteri, nostro sane  
Beato LINDEMANNO, vel ipso sapientissimi Adagii Autore,  
judice, melior fuit, quam dies nativitatis. Non deerat, quæ jam  
olim

olim Nostrum nunc beatum exercuerat, satigaveratq; s<sup>e</sup>pius Melancholia Chronica, amaritudo sanè amarissima. Nec dubium, quin immiscuerit se<sup>τούλεψε</sup> sive tantus, quantum Paulus expertus, sive paulò Paulino minor, ipseq; Angelus Satan colaphis cædens, & expertus sic Beatus noster sit illum ex ingenti animi mœrore ac dolore morbum, quem Η<sup>Ε</sup>ΡΗΜΟ<sup>Σ</sup> appellat Hiob; sic apud Deum quiritus: *Tu consternas me somniis, & visionibus conturbas me, adeò ut eligat Machanac (αγχόνη, illud genus mortis, quo quis ex ingenti animi mœrore correptus, obstructo spiritu meatu dissilit & moritur) anima mea, & mortem, præsoliditate (vitâ) mea.* Job. VII, 14. 15: quā in πρώσαι (sic Petrus hanc ῥο<sup>ν</sup>, in quā dominatur τὸ θέατρον, Hippocrati quoque non penitus ignotum, appellat: alteri quippe πρώσαι expromtum datur ex Paulo remedium τὸ χαμηλόν. I. Pet. IV, 12. I. Cor. VII, 9.) fortè plus vice simplici noster intonuit illud incomparabilis in cinere Theologi: *Miseremini mei, miseremini mei, o amici mei, quia manus Dei plagis afficit me!* & XIX, 21. Constabunt arcana horum παθημάτων Domino, cui serbus stat caditve, & cujus adeo solius judicio tutissimè cuncta reservantur. Propiora Medicóque consilio familiariora sunt, quæ noster Beatus jam metu proximus expertus est, Excellentiss. Medic<sup>i</sup> D<sup>r</sup> JOHANNIS BACMEISTERI Professoris celeberrimi judicio, descripta, Paralysis lateris dextri, defluxiones in pectus catarrhosæ, inde, *tussis continua anhelitus difficultas, appetitusq; una cum viribus* (quæ ceteroquin etiam post paralysin modiculæ supererant, adeò ut Concionibus sacris & Curiæ consiliis aliquotiens interesse potuerit) *plane prostratus, ac Medicis sic Medicamentorumq;; utut selectissimorum, arte virtuteq; superata frustrataq; tandem, mors sola portus, at non ultima linea rerū, illis qui morte nascuntur, fine inchoant, atq;, ubi in terris putabantur extincti, in cœlis lucent.* Et hæc princeps in amarissimâ novissimaq; illâ LINDEMANNO mortali amaritudine, fuit svavitas. Quam enim svave illud, quod novissimè Noster olim, cum nullum jam fingendi tempus, nullus

Ius mimo locus superesset, tot hymnis, tot precibus, & his ar-  
dentissimis, ipsoq; AGNI, qui portavit peccata mundi, corpore  
& sanguine participato, testatus est seriae pietatis, pectorisque  
thorace justitiae contra jacula Diaboli ignita, per illam pavorem  
Dei, quam Paulus describit Eph. c. VI. 13. 14. armati, studium &  
in quo tandem die XXI. April. horae matut. placidissime expi-  
ravit, vita eternae, ipsiusq; redivivi Triumphantoris videndi de-  
siderium? Verum, & ista Beati Senatoris LINDEMANNI certa-  
mina novissima, & quæ antecesserunt laude digna, de suggesto  
Ecclesiastico pleniori verborum apparatu, certioriq; (quia &  
supremo agoni, qui vel fortissimos percussere solet, & anteactis  
Beati, præprimis ex quo domi desedit, aut lecto affixus fuit  
frequenter intersuit, & paucis ante mortem beatam hebdoma-  
dibus illo corporis ac sanguinis Dominici Sacramento ægrotan-  
tem domi præviâ poenitentia testatione & absolutione confir-  
mavit) fide publicè testabitur *Vir pl. Reverendus, Ampliss. Excel-  
lentissimus DN. D. HENRICUS MULLERUS Professor Theologus, An-  
tistes Marianus, Collega conjunctissimus.* NOS palmas istas & favo-  
rites coelestes, quibus jam inter choros Angelorum reficitur,  
animæ sedibus Beatorum receptæ gratulamur, paremque; cor-  
poris resuscitando gloriam precamur, ac quod superest: *Quot-  
quot jurisdictionem Academicam agnoscunt, eos ad eundum exequias  
Senatori literatissimo, Nostrisq; olim ordinis & membro & Fautorij Exi-  
mio, eâ, quâ fas est, autoritate & humanitate, invitamus achora-  
mur, non obsequium solum sic testatos nobis: sed & hono-  
rem Defunto, & humanitatem Fratri pl. Rev. DN. JOACHI-  
MO LINDEMANNO, Archi-Diacono Mariano fulgidissimo,*  
& memoriam grata posthumam incomparabili  
olim Jcto THOMÆ LINDEMANNO.  
*P.P. Rostochii, sub Sigillo Rectoratus nostri d. XXIX. April.*  
*A. O. R. cl. Ie LXIX.*

Conventus fiet in æde Marianâ ad horam medium  
secundam.











Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn770671985/phys\\_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770671985/phys_0020)



olim Nostrum nunc beatum exercutum  
 Melancholia Chronica, amaritudo sa-  
 um, quin immiscuerit sese οὐόλεψιν  
 expertus, sive paulo Paulino minor, ip-  
 cedens, & expertus sic Beatus noster  
 mœrore ac dolore morbum, quem  
 apud Deum quiritus: *Tu confundis*  
*conturbas me, adeò ut eligat Machanac* (a)  
 quo quis ex ingenti animi mœrore co-  
 tut meatu diffilit & moritur) *animam*  
*te (vitâ) mea.* Job. VII, 14. 15; quâ in πο-  
 σσῳ, in quâ dominatur τὸ Θέατρον, Hippoc-  
 ignotum, appellat: alteri quippe πο-  
 Paulo remedium τὸ γαμήλιον. I. Pet. IV, 12  
 vice simplici noster intonuit illud i  
 Theologi: *Miseremini mei, miseremini*  
*nus Dei plagiis afficit me!* & XIX, 21. Co-  
 παθημάτων Domino, cui serbus stat ca-  
 judicio tutissimè cuncta reservantur  
 consilio familiariora sunt, quæ noster  
 mus expertus est, Excellentiss. Medicil-  
 STERI Professoris celeberrimi judicio  
 ris dextri, defluxiones in pectus catarr  
 anhelitus difficultas, appetitusq; unā cum  
 etiam post paralysin modiculae supere-  
 bus sacris & Curiæ consiliis aliquot  
 plane prostratus, ac Medicis sic Medicam  
 simorum, arte virtuteq; superata frustra  
 portus, at non ultima linea rerū, illis q  
 choant, atq; ubi in terris putabantur ext  
 hæc princeps in amarissimâ novissima  
 mortali amaritudine, fuit savitas. Quâ  
 novissimè Noster olim, cum nullum ja

veratq; sæpius  
 a. Nec dubi-  
 antum Paulus:  
*Satan colaphis*  
 ingenti animi  
 llat Hiob; sic  
 s, & visionibus  
 genus mortis,  
 bstructo spiri-  
 t, *præ solidita-*  
 etrus hanc vó-  
 non penitus  
 itum dature ex  
 9.) fortè plus  
 ilis in cinere  
*mei, quia ma-*  
 cana horum,  
 s adeo solius  
 a Medicóque  
 metæ proximæ  
 IS BACMEI-  
 aralysis late-  
 ussis continua-  
 e ceteroquin  
 ut Conciona-  
 se potuerit).  
 utut selectis  
 n, mors sola-  
 untur, fine in-  
 is lucent. Et  
 DEMANNO  
 e illud, quod  
 empus, nul-  
 lus

